

deuoluta illi ad quos collatio pertertinebat, intelligentes legatos Apostolicæ sedis ad partes illas accedere, instituerunt in beneficiis illis personas minus idoneas. legati inueniunt illa beneficia taliter collata. dubitauerunt an differrent illos institutos remouere. mandat illis papa, quatenus si beneficia & dignitates personis idoneis sunt collata, permittant illa de patientia pacifice possidere, alioquin remoueantur, & de personis idoneis illa non differant ordinare. B. No. ex supra script. q. legatus potest dari monachus a sede Apost. Quid de delegato? vide in cle. & si principalis, de rescri. & in c. cum olim. il. ii. de priui. t. No. q. deuoluitur potestas conferendi omnibus collatoribus negligentibus vique ad papam. Et no. q. ex tali deuolutione priuantur ipso iure absque hominis executione negligentes potestatem instituendi seu conferendi. Et no. q. instituere sumitur pro conferre. No. iii. q. vbi papa ex certa scientia mandat aliqua patienter tolerati, talis patientia habetur pro dispensatione, de quo dixi de consan. & affi. c. qd super his. Oppo. q. tales, quibus est facta collatio iam deuoluta potestate, non teneant iuste, cuius contrarium dicit litera. c. sup. prox. Si. n. collatio fuit nulla non potuit ex post facto rata haberi, vt in regula non firmatur. lib. vi. sup. de elect. c. dudum. Sol. dixit gl. qd ex sola patientia habuit hoc ius. nam talis institutio fuerat nulla. & dicit gl. quod conualefcit ex nunc, non ex tunc ante potestatem factam. Et dicunt Docto. quod absque hac patientia, vel noua collatione non poterant talia sine peccato tenere. vt hic, & no. sup. de elect. c. quod sicut. & c. ecclesia, il. ii. de renun. nisi quod de patientia dicitur. Host. intelligit de patientia papæ, quia inferior licet possit de nouo conferre, dummodo tempus ipsius non sit lapsum, non tamen possit ratificare, de elect. c. auditis. ad hoc quod no. in c. prudentiam. de offi. dele. t. Facit hic quod si ex constitutione cauetur quod executor testamenti intra mensem exequatur, & si non fuerit executus, potestas deuoluatur ad Epum quod executor lapsio mense non possit exequi, quod est verum, & si exequatur, non valet executio, & hoc vbi est executor. secus si sit declarator voluntatis, vt est ille qui est deputatus ad eligendos pauperes, & non est executor, sed declarator, vt scribit Bar. in l. cum quidam, ff. de le. ii. Allegat Doct. decr. quod potestas instituendi spectat ad inferiorē quandoque, de quo de offi. Arch. c. cum satis. sed hic sumit pro collatione iuris, dixi de offi. deleg. in c. super eo, de inf. in c. cum venissent. t. Secundo in eo, quod papa madat istis legatis, vt conferant. cum enim non essent legati de latere, non habebant potestatem conferendi beneficia, de offi. de leg. c. i. lib. vi. Sol. hoc fecerunt ex speciali mandato papæ tā respectu patientiæ, quam respectu collationis per hoc verbum, auctoritate nostra, ad hoc de rescri. c. cum aliquibus, lib. vi.

ADDITIO.

a ¶ Non possit exequi. Adde quod voluit Cal. consi. i. de sup. neg. præla.

S V M M A R I V M.

1 Potestas conferendi particularia beneficia de iure communi spectat ad episcopum & capitulum communiter, & si ad alterum tantum, illud est de consuetudine.

C A P. V.

Dilecto. Is ad quem spectat primo loco collatio beneficii, lapsio tempore Lateranensis concilii, id est semestri, conferre non potest. Prima pars decise narrat factum. Secunda, ibi, quia nobis, diffinit. Tertia sub conditione confirmationem committit, ibi, Mandamus Casus literal. Vacante Salamantina ecclesia, decanus cum quibusdam sequacibus suis quendam P. nomine in Cantorem elegit, appellans ne contra suam electionem aliquid attentetur. Archiepiscopus, ad quem (vt dicebatur) electio Cantoris fuerat deuoluta, alium G. nomine, in Cantorem elegit. propter huiusmodi electiones procuratores vtriusque partis ad Romanam curiam accesserunt quia constitit papæ quod electio a Decano, & eius sequacibus facta post lapsum vi. mensium spacium fuit celebrata, intra quod episcopus & capitulum communiter eligere debuerunt, electionem de prædicto P. factam decreuit irritam & inanem, & appellationem a Decano interpositam factam Archiepiscopo, ad quem erat eligendi auctoritas deuoluta, non potuisse aliquatenus impedire. Vnde mandat quatenus electionem de prædicto G. debeat confirmare, nisi ei aliud canonicum obuiaret. B. No. i. ar. pro opi. quod potestas conferendi præbendas & particularia beneficia spectat ad præ-

a latum & capitulum communiter, de quo de elect. ca. cum Ecclesia Vultarana, & tangitur hoc in glo. i. No. ii. quod ad superiorem propter negligentiam deuoluta potestas inferior ipso iure priuatur eligendi potestate, adeo, quod ab eo gestum est nullum, & sic in his in quibus ipso iure fit executio, a iure non admittitur purgatio moræ. b Not. iii. quod concurrentibus duabus electionibus quarum vna est primo facta ab his a quibus ad superiorem est potestas deuoluta, & a superiore; secunda præualeat primæ. No. quod appositio ad tuitionem electionis nullæ est inualida, nec inficit actum post appellationem factum. No. pro op. quod deuoluta potestate eligendi ad illum, ad quem spectat confirmatio, non mutatur modus prouidendi. No. quod potestas eligendi cadit in vnum, de quo de postula. præla. c. gratum. Oppo. quod ad episcopum, & capitulum non spectat potestas simul conferendi. de elect. capit. cum ecclesia Vultarana. quia de iure spectat potestas conferendi particularia beneficia ad episcopum tantum, quandoque ad capitulum, de concess. præb. c. nulla. & patet de elect. ca. cum inter canonicos. Sol. dicit glo. quod de iure communi spectat ad episcopum & capitulum communiter, vt hic allega. de hoc multa iura, quæ ponuntur in glo. fi. quia communiter omnia episcopus, & capitulum tractant communiter, de his quæ fi. a præla. sine consensu. ca. per tot. ergo & istud. de consuetudine autem verum est, quod potest quandoque ad episcopum tantum, quandoque ad capitulum tantum spectare potestas, & quando hoc inuenitur, debet esse de consuetudine, & hanc consuetudinem approbat c. ca. nulla. de concess. præben. c. ad hoc. ne sede vacan. capitu. vno. de reg. c. fi. li. vi. Vltimo Ioan. Andr. inducit literam ad duo. Primo per verbum, electionem, & per verbum, confirmationem. Et sic facit pro opi. illorum, qui dicunt, quod deuoluta potestate ad illum, ad quem spectat confirmare, modus prouidendi non mutetur, sed per partes, vt prius eligatur, de quo de electio. cap. ne pro defectu, de elect. c. si postquam. lib. vi. de supp. neg. prælato. c. ii. secundo inducit Host. verbum elect. ad illam opi. contra Goff. qui dicit quod electio non cadebat in vnum, de quo de postu. præla. cap. gratum. An. de Bu.

A I D I T I O N E S.

a ¶ Prælatum & capitulum. Adde Fede. con. cc. xliiii.

b ¶ Purgatio moræ. Adde Ro. consi. ccc. xliiii.

¶ An & quando executio sit a lege impediatur moræ purgatio, vide Part in l. iii. ff. de leg. i. & no. in l. Ce. fu. s. & ibi plene per Doct. ff. de arb. & de materia purgationis moræ, plene habetur in l. & si post tres, ff. si quis cau. & in l. si ex legati causa, ff. de verbo oblig. & in l. i. in i. ff. de i. i. Et an ius purgationis moram tranfmittatur ad hæredem, vide tex. & ibi per Doct. in l. diem proferre, in l. i. ff. de arbi. An Fran.

c ¶ Cadit in unum. Adde pro hac opi. Imo. Hostien. & Bernar. Compo. in cap. cum nobis olim, sup. de elect. Cardi. A. ex. in c. fi. de foro comp. & Ale. con. lxi. Zac.

De temporibus ordinationum, & qualitate ordinaudorum. Rub.

Visum est de promotione prælatorum tractemus de ordinatione clericorum, & quia certis temporibus & cum serutinio habent fieri, ideo & c. De i. parte rubri. lxxv. & lxxvii. dist. per totum. de secunda a xxv. dist. vsque ad 40. & ab lxxxi. vsque ad lxxxxi. repetitur hæc ru. in vi. Item ad i. partem. de elect. c. quod sicut. §. i. facit de offi. Arc. c. significasti. Ad secundam de ele. c. nihil. §. episcopi. nam puniuntur qui non dignos promouent ad sacros.

S V M M A R I V M.

1 Velum consecrationis datur a solis episcopis, & solis virginibus, & quibus diebus datur.

2 Ordines non possunt conferri in die natiuitatis Domini.

C A P. PRIMVM.



Subdiaconos. Diebus Dominicis, vel Sabbato Pentecostes sacri ordines ab alio, quam a papa conferri non possunt. hoc dicitur. Sunt tria dicta. Secundum ibi, Quamuis. Tertium, ibi Sabbato, No. i. qd sacri ordines ab alio, qd a papa. non possunt die Do. conferri. No. ii. qd minores ordines pnt conferri die Dñico a quocunq; Epo. No. 3. qd virginum consecratio potest fieri in die Dominico, & non altero die. No. 4. in Sabbato Pentecostes non potest Panor. super secunda primi. F 2 celebra-